PUER AEGROTUS

♪ *Alouette*

Quattuor pulli in nido sedent, quos
Marco Quintus caper[e] ipse vult.
Vult aut non vult – non potest,
sed de arbore cadit:
cadere videt de
arbore Marcus Quin-tum!

Dum puer hic in terra iacet, ut
mortuus, patrem Marcus vocat.
Accurrit iam Iulius,
Iulia, Margarita;
aperir[e] oculos
te iubet pater, Quin-te!

Per-territ[a] hunc portari videt mater
iu-betque ostia aperiri nunc,
arcessi et medicum,
plenum aquae poculum,
in lectum imponi,
relinqui ibi Quin-tum!

: mater perterrita videt hunc (: Quintum) portari

: mater medicum et poculum aquae plenum arcessi iubet

Ecce crassus medicus adest iam,
spectat dentes aegri pueri,
(*sed!*) pulmones, venter, iecur,
caput, cerebrum et cor,
sana et manus est:
unus pes dolet Quin-to!

Lacrimae in genis pueri sunt,
sentit cultrum bracchio apponi.
Hic oculos claudit,
venam ille aperit:
horrent nunc capilli
palpitat corque Quin-ti!

Stultum esse medicum putant hunc,
stultum esse dicunt et clamant
pater, mater, liberi,
servi, ancill[ae] et canis:
„Abi hinc, medice,
necesse est dormire Quin-tum!”

: pater, mater, liberi, servi, ancillae et canis putant hunc medicum stultum esse

Dormi, Quinte, bonam noctem.

© Accademia *Vivarium novum* – 2012 – Roma